UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè Lutherana[m], Li-||bri nouem.||

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Capvt II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

Visual Library

me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de vẽtre eius fluent aquę viuæ. Serpens autẽ de ore ſuo (quod erat Arrius) aquas mortuas, aquas putidas, doctrinæ nequam emittebat, ſed quia de ſcripturis eiſdem diſputabat, & teſtimonia ſibi vſurpabat, quas recipit & habet mulier iſta, aquam ſuam flumen aquæ viuę, flumen ſanæ doctrinæ videri volebat. Vt quid hoc? Vt eam, inquit, trahi faceret à flumine. Vnde & quò illam trahi volebat rapiente flumine? Nimirum à fide in perfidiam, à veritate in mendacium, à luce in tenebras, à vita in mortem, ab altitudine in profundum, à cælo in infernum. Sic enim & tam in diuerſa imò contraria trahuntur, quicunq; profluentem ex ore blaſphemantium hæreticorum loquacitatem mirantes ſequuntur.

Arrii doctrina putida.

CAPVT II.

ET adiuuit terra mulierem, & aperuit os ſuum, & abſorbuit flumẽ, quod miſit draco de ore ſuo. Tunc vtique quando illud famoſiſsimum in Nicæa Concilium, feruor Chriſtiani principis

cipis Conſtantini excitauit, publicis aſinis atque mulis, & curracibus equis, epiſcopos & qui cum eis erant, ad ſynodum venire pręcipiens, tunc inquam, adiuuit terra mulierem, quia de tota pene terra, de toto orbe terraque, conuenientes viri illuſtres, ex omnibus gentibus viri religioſi, viri famoſi, diſputare ſcientes, omni elocutionis arte exercitati, ad defendendam catholicæ veritatis eccleſiam conſederunt illic terra, i. cõuẽtus cõgregatus de vniuerſa terra, aperuit os ſuum, ſcilicet ad loquendum ad diſputandum, ad proferenda teſtimonia ſcripturarum, & abſorbuit flumen, quod miſit draco de ore ſuo, id eſt, ad nihilauit atq; damnauit, ſectam doctrinę nequam, quæ confeſſa fuerat ſpiritu diabolico. Illic namq; Arrij dogma deſtuctum eſt. Porro quemadmodum in hoc concilio, Arrij dogma deſtructum eſt: ita quoque in cæteris concilijs œcumenicis, reliquorum hæreticorum errores damnati ſunt, & ſic terra ſemper aperuit os ſuum & abſorbuit eiuſcemodi flumina, euadente muliere, et

Arrii dogma vbi deſtructum ſit.

duabus alis volante, ſicuti Ioannes præ
dixit.

CAPVT III.

ET datæ ſunt, inquit, mulieri, alæ
duæ aquilæ magnæ, vt volaret in
deſertum in locum ſuum, vbi alitur per
tempus & tempora, & dimidium tem-
Scriptura ſacra aquilæ comparatur. poris à facie ſerpentis. Magna illa aqui-
la, ſancta eſt ſcriptura, & huius duæ alæ,
duo ſunt teſtamenta, quæ huic mulieri
data, id eſt, intelligibilia ſunt facta, vt
habeat quo ſubleuet in cœlum cor ſu-
um, & non incidat flumen quod fluit
per terram, flumen diabolicum, flumẽ
hæreticæ loquacitatis laqueoſum, & ſo
phiſticis retibus plenum. Eiuſmodi ha-
bens alas, in deſertũ volat in locũ ſuũ,
id eſt, ſectatur otium vt vacet illi, medi-
tationi inſeruire ſcripturarum, iuxta il-
lud Sapientis: Scribe ſapientiam in tem
pore otij, & qui minoratur actu, perci-
Eccl 38. piet eam. Qui minoratur actu, id eſt,
qui corporali exercitatione minus ex-
ercetur, quemadmodũ Iacob, qui ſim-
Gen. 5. plex domi habitabat, non tantùm agẽs
quantum Eſau, qui vtpote venator
cor-